M. AVRELII CASSIODORI SENATORIS V. C.

OPERA OMNIA QVÆ EXTANT,
ex ſide Manuſs. auctiora & locupletiora,

COLLATIS ETIAM EXEMPLARIBVS
tam veteribus quàm recèns excuſis.

*CVM INDICE RERVM ET SENTEN-
tiarum ſcitu notatuq; digniorum.*

TOMVS PRIMVS.

PARISIIS,
Apud MARCVM ORRY, via Iacobæa,
ſub inſigni leonis ſalientis.
M. DC.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

ILLVSTRISSIMO VIRO D. DOMINO ACHILLI HARLÆO *ſummi Senatus Pariſienſis Præſidi Primario.*

IO. BAPTISTA DVVALLIVS S.

CASSIODORVM hunc ſummorum virorũ nominibus locupletem, cùm diligẽtiùs euoluiſſem, tuo etiam inſignitum nomine deprehendi: Quod nullo non fato à Guliel. Fornerio I.C. doctiſſimo & prudentiſſimo factitatum crediderim. Quippe vt qui tantorũ virtutibus par nõ dicam, ſed maior eſſes, eorum etiam albo adſcribere-

MAGNI AVRELII CASSIODORI SENATORIS

V. C. & inluſtris, exquæſtoris ſacri Palatij, exconſulis ordinarij, exmagiſtri offic. præfect. præt. atque Patritij,

VARIARVM LIBER PRIMVS.

PRÆFATIO.

Cauſa ſcribendi.

CVM diſertorum mihi gratiam, aut communibus fabulis, aut gratuitis beneficiis, nullis tamen veris meritis collegiſſem, dicta mea, quæ in honoribus poſitus ſæpe pro explicanda negotiorum qualitate profuderam, in vnum corpus redigere ſuadebant: vt ventura poſteritas, & laborum noſtrorum moleſtias, quas pro generalitatis commodo ſuſtinebam, & ſyncerę cõſcientiæ * inemptam dignoſceret actionem: dicebam dilectionem ipſorum mihi potiùs fore contrariam: vt quod * modò propter deſideria ſupplicãtium putaba-

* ineptam.
* mihi.